

SECTIO XXII.

DE

MASTICATIONE

ET

DEGLUTITIONE.

§. 338.

Masticationi solidioris victus inferuit maxime inferior maxilla, aequae ac superior triplicis generis dentibus munita.

Incisoribus nempe, qui plerisque *a)* hominibus scalpriformes sunt, ut demorando

- a)* Plerisque inquam; nam ut singularium hominum exempla taceam, quibus subinde incisores obtusos esse videmus, id notasse liceat, me in pluribus mumiarum craniiis dentes istos primores crassa et obtusa corona praeditos vidisse. Et cum eadem crania, quae huiusmodi memorabilem varietatem prae se ferebant, quod ad vniuersam figuram et habitum singulari isti et fallere nesciae antiquissimae Aegyptiorum physiognomiae egregie responderent, quam in idolis, sarcophagis, et statuis veteris

dendo frusto inferuiant, et in inferiore maxilla erecti (non vt in reliquis animalibus mammalibus dentatis plus minusue versus horizontem inclinati,) quod quidem ad principes humani corporis characteres distinctiuos refero.

Caninis robustis conicis, quibus duriora diffingimus, et qui in homine neque exserti neque a vicinis distantes, sed aequali ferie iisdem approximati sunt.

Molaribus denique variae magnitudinis ad conterendum aptis, et in homine apicibus singulariter obtuse gibbis, ab illis aliorum mammalium euidentissime differentibus, instructis.

§. 339.

veteris Aegypti cernere licet, probabile sane videri posset, fuisse eam peculiarem dentium formam (situe ex vicinis ratione aliaue eiusmodi causa orta) antiquissimis Aegyptiis propriam, ita vt gentilitiae notae, fortasse etiam characteris loco haberi possit, quo vetustissimas et maxime genuinas inumias a similibus serioris aevi funeribus medicatis distinguere liceat. — Pluribus de his egi in *philosophical Transactions* a. 1794. P. II. pag. 184.

§. 339.

Iungitur autem mandibula reliquo capiti articulo memorabili, qui medium inter arthrodiam et ginglymum tenet; et meniscis praeterea duobus cartilagineis instructus cum sufficiente robore ac firmitate summam quaquauerfum obsequiosam mobilitatem conciliat.

Deorsum itaque eam maxillam agit, dum os aperimus, maxime quidem biuenter, quem tamen nonnihil iuuare videntur geniohyoidei et mylohyoidei.

Reducunt eandem dum morfu *b)* aliquid abscindimus, et ingenti quidem vi constringuntur dum dura frangimus, masseteres praesertim et temporales.

In latera mouent eandem cum mandimus pterygoidei interni et externi.

Posteriores etiam antrorsum eam ducere valent.

§. 340.

Retinentur et diriguntur et subiguntur dentibus mandenda, buccinatore et flexilima ac mutabilis formae lingua (§. 235).

§. 341.

b) Jo. CHR. BOHLIUS *de morfu*. Lugd. Batav. 1726. 4.

§. 341.

Simul autem dum manducamus emulgetur quasi *saliva*, quae latex est spumofus, plurima constans aqua albuminosae materiei portioni nupta, parca scatens terra calcarea phosphorata (quae tartaro dentium et sublingualibus calculis ortum praebet,) perpetua linguae assuetudine insipidus et si salis microcosmici et acidi saccharini paululum continet; antisepticus *c*), et egregie resoluens.

§. 342.

Fontes eius triplicis ordinis glandulae sunt conglomeratae, quibus latera et interiora mandibulae obfidentur.

Maximae earum, *parotides d*), salivam suam Stenoniani *e*) ductus ope pondentem molarem medium superiorem excernunt.

Quam

c) PRINGLE *on the diseases of the army*. Append. pag. XLVIII. L. LXI. sq. edit. Lond. 1765. 4.

d) v. DE COURCELLES *icones musculorum capitis* tab. I. g. h.

e) STENONIS *observationes anatomicae* p. 20.

Quam *submaxillares f)* suppeditant, ea per Whartonianos *g)* ductus effluit.

Minimarum denique, *sublingualium h)*, per numerosos ductus Rivinianos *i)*.

§. 343.

Augetur salivae excretio, cuius ex Nuckii arbitraria quidem sententia *k)* ad integram vsque libram intra duodecim horas fecerni vulgo putant, tum stimulo, tum mechanica pressione et quasi emulsione.

Hac scil. (cui parotidum praefertim situs ad mandibulae articulum fauet,) ubi duriora manducamus, quae affluente isto latice egregie molliuntur.

Illo vero aut reuera praesente, dum nempe acriora ingerimus, quae ipso isto affluxu vtiliter diluuntur; aut etiam phantasiae ope excitato (§. 288.): quo et salivae

f) DE COURCELLES l. c. tab. II. t. t.

g) WHARTONIS *adenographia* p. 120.

h) DE COURCELLES tab. V. g. g. g.

i) RIVINUS *de dyspepsia* Lips. 1678. 4.

AUG. FR. WALTHER *de lingua humana* ib. 1724. 4.

k) NUCKII *salographia* p. 29 sq.

liuae affluxus pertinet, qui auidiorem cibi appetentiam fequitur.

§. 344.

Mifcetur autem praeterea falivae, tum mucus ex labialibus et genalibus glandulis oriundus *l)*, et qui linguam obducit, tum rofcida aquula quam molles oris partes transfudant.

§. 345.

Et hacce quidem falivali inquilinorum humorum mixtura quae ingefto fruflo masticationis ope affunditur, id ipfum non folum magis magisque in pultaceum et commode deglutiendum vertitur bolum, fed et fimul iam ad vltiorem digeftionem et affimilationem praeparatur.

§. 346.

Ipfе vero deglutitionis mechanifmus *m)* etfi maxime compofitus videatur et reuera longe plurimarum diuerfi generis partium

con-

l) DE COURCELLES l. c. tab. IV. c. c. c.

m) FR. BERN. ALBINUS *de deglutitione*. l. B. 1740. 4.

cf. etiam HAASII *musculi pharyngis velique palatini obfervationibus illuftrati*. Lipf. 1784. 4.

coniunctis viribus peragatur, in vniuersum tamen eo redit, vt primo lingua versus propriam radicem retracta ideoque intumescens et quasi rigescens, dorso suo excavato bolum excipiat, vnde in faucium isthmum deuolutus ab ampliato et ipsi quodammodo occurrente pharyngis infundibulo non sine singulari et violentiore nixu accipiat, et dehinc terrorum pharyngis constrictorum ⁿ⁾ ope in oesophagum depellatur; quae vero omnia citissime se excipiunt et breuissimis absoluuntur.

§. 347.

Pandendae autem huicce viae, securaeque eidem reddendae, variis natura prospexit adminiculis.

Et linguae quidem in eo negotio magni momenti motum moderatur os hyoideum.

Ne autem quidquam ingestorum aberrans quasi siue choanas siue Eustachii tubas

ⁿ⁾ EUSTACHII tab. XLII. fig. 4. 6.

SANTORINI tab. posthum. VI. fig. I.

E. S. ALBINI tab. musculor. XII. fig. 23. 24.

tubas ingrediatur, palato molli o) cautum est, quod aequè ac dependens ab eius arcuato laqueari uvula (cuius genuinus vsus nondum satis patere videtur), peculiaribus musculis tenditur et istos recessus claudit p).

Glottidem vero ipsa tuetur lingua, cum larynx eodem momento quo deglutire conamur, sursum et antrorsum tractus abscondatur quasi sub retracta linguae radice, ipsique apprimatur, ita ut glottis insuper arcuata et epiglottide sua munita ab heterogeneorum illapsu tutissime tecta seruetur.

§. 348.

Iuuat denique etiam deglutationem muci magna vis, quo vniuersa ea via lubricatur, quemque praeter linguales fontes, alias dictos (§. 237.), maxime tonsillarum

o) LITTRE in *Mém. de l'ac. des sc. de Paris.* a. 1718. tab. XV.

p) SANTORINI *tab. posibum.* IV - VI. fig. 2. - et VII.

B. S. ALEINI *tab. muscilor.* XII. fig. 11. 27. 28.

larum numerosi sinus *q*), tum et ipsius pharyngis innumerae cryptae muciparae praebent.

§. 349.

Ipse vero *oesophagus*, quem deglutienda antequam in ventriculum pertingere possunt vltro transire debent, carnosus canalis est, angustus quidem et valde robustus, simul autem obsequiosus et dilatabilis et maxime sensibilis, tunicisque constans, si a longe diuersa eorum crassitie discefferis, reliqui alimentaris tubi tunicis, haud dissimilibus *r*).

Exteriore nempe musculosa, fibris contexta tam longitudinalibus quam transversis falcatis.

Media neruea, vtrinque in laxiorem abiens cellulosa, cuius ope tam praecedenti quam subsequenti tunicae necitur.

Intima

q) B. S. ALBINI *annotat. acad.* L. III. tab. III. fig. 1. n.

r) V. MATTH. VAN GEUNS in *Verhandeligen van de Maatschappye te Haarlem* T. XI. p. 9 sq.

JAN. BLEULAND *observ. de structura oesophagi.* LB. 178. 4.

Intima denique, muco glaberrimo lubricata.

§. 350.

Ita ergo agit hicce canalis, vt aduenientem haustum aut bolum excipiat quidem, mox autem super eodem se constringat eundemque inferiora versus vltro propellat, et si bolus est, quasi infarciat vsque tum diaphragma superauerit, et ita denique in ipsum ventriculi cauum delabatur.